



**Quæstionum Canonicarum, In Quinque Libros  
Decretalium, Tomus ...**

In Lib. III. Decretalium. In quo agitur De Rebus, quae in judicium devenire solent, cujusmodi sunt, de vita et moribus Clericorum, ...

**Schlüter, Georg**

**Augustæ Vindelicorum, 1708**

§. 5. De Substitutione indirecta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73045](#)

excluditur *vulgaris* substitutio; hic modus specialis stat in eo, cum quis duos hæredes instituit quoad tempus, primum usque ad tempus, sive certum, sive incertum, ut ad decem annos, vel ad tempus vite; alterum vero ex eo tempore, v.g. post decem annos, vel post mortem prioris, vi cuius substitutionis secundò institutus capit hæreditatem adveniente tempore, immediatè à Testatore, neque primo institutus potest aliquid deducere, sicut potest hæres fiduciarius, seu gravatus. De hoc agitur L. 15. ff. de vulg. subft. & L. 5. ff. de testam. milis.

S. 5.

*De Substitutione indirecta.*

2243 **S**ubstitutione indirecta, seu quod idem est, *fideicommissaria*, in genere dicitur, quæ alicui per intermedium personam, sive per ministerium, & quasi manum alterius relinquitur. Ex quo vides per fideicommissum hæredem ab intestato, vel etiam ex testamento gravari, seu obligari à Testatore, ut hæreditatem, vel totam, vel aliquam ejus partem alteri restituat, quam scilicet Testator ad hoc expressit. Fideicommissum duplex est; aliud *universale*, quando hæres gravatus rogatur, vel jubetur *terram* hæreditatem, vel ejus partem (puta dimidiariam, vel quartam) alteri restituere; aliud *particulare*, quando hæres tantum unam, vel alteram rem particularem ex hæreditate dare jubetur, de quo in Instit. est Titulus de rebus singulis per Fideicommissum relatis. Hoc in plerique sequitur naturam legati, & jure novo ab illo se ipso non distinguitur, ut notat Zoëlius in ff. ad S. C. Trebellian. n. 9. Not. autem hæredem directum, substitutione fideicommissariâ gravatum, vocari hæredem *fiduciarius*, cum vero, cui hæres directus hæreditatem restituere tenetur, vocari hæredem *indirectum*, & *fideicommissarium*, quibus positis.

Quæres 1. quis sit effectus substitutionis fideicommissariae: R. quod sit iste, ut si hæres directus, fideicommisso in testamento, vel etiam ab intestato, gravatur in Codicillo, hæreditatem alteri relinquendam nolit adire, officio judicis cogi possit, ut adest, & ad tam alteri restituat. S. ergo. Instit. de fideicom. hæred. Unde si Testator hæredem directum gravet fideicommisso, censetur illi hoc onus imposuisse sub hac conditione

tacita, *sine liberis deceferit*, (nisi oppositum exprimat) ex L. 102. ff. de condit. & demonstr. & L. 30. C. de fideicommiss.

Quare, si hæres Fiduciarius liberos suscipit, quilibet substitutus extraneus, & uxori, excluditur, sic Zoëlius cit. n. 30.

Quæres 2. an filius substitutione fidei 2245 commissariâ gravatus, ut, si moriatur *sine liberis*, hæreditatem v.g. Titio relinquit, per hoc, quod fiat Religiosus, censeatur mortuus, ad effectum facienda transmissio- nis in alterum, & hoc ipso hæreditas fiat substituti? R. 1. ex jam alibi dictis per ejusmodi substitutionem substituto ante conditionis eventum nullum jus acquiri, nisi spem, seu jus conditionatum, *si institutus sine liberis deceferit*, quia taliter substitutus est secundò institutus sub suspensi- vâ.

R. 2. Si Substitutus moriatur ante insti- 2246 tutum, substitutionem exspirare quoad il- lum; quia jus illud nunquam in eo fieri potest absolutum, non quâm diu substitutus vivit, vivo instituto, capace juris tempo- ralium, vel in se, vel in communitate, in qua naturaliter vivit; quia sic nec naturaliter, nec civiliter mortuus est ad effectum retinendi fideicommissum, ut magis patet ex dicendis, non etiam, postquam substitutus mortuus est, quia sic non est capax ullius juris; ergo. Sic Thomas Sanchez. L. 7. summa. c. 16. n. 10.

R. 3. Substitutionem sub conditione, *si 2247 institutus deceferit sine liberis*, non sortiri effectum per mortem civilem instituti; quia *moris* appellatione venit tantum *mors na- turalis*, quando sumus in conditionali dis- positione, vel fideicommissaria; ita Surdus, Tusclus, & alii, quos citat, & se- quitur Barbosa de Appellativis, appellat.

157. n. 6. & seq. quia conditio purificari debet in *casu vero*, non *ficto*, L. qui hæredi. S. Mævius. ff. de condit. & demonstrat. Mors autem *civilis*, est mors *ficta*, & non *vera* per L. 1. §. fin ff. de bonorum possess. contra tabulas; ita Surd. citatus: per to- tum; ubi expresse habet substitutum *pro casu moris* non admitti per mortem civilem instituti; & ideo mors civilis non æqui- valet morti naturali in conditionibus im- plendis, vel in materia fideicommissaria, ut pluribus ostendit Barbosa in tract. de locis communibus argumentorum ju- ris, loco 74. n. 2. sed de hoc jam alibi actum est.

R. 4.

520 Tract. In Lib. III. Decretal. Quæstio XXVI.

2248. 4. directè ad propositam quæstionem  
2. instituto, taliter gravato, profite in  
Religione capaci bonorum temporalium  
in communi, prorsus exspirare illud fidei  
commissum; ac ea bona in perpetuum  
transire ad monasterium, excluso penitus  
substituto; juxta dicenda in sequentibus  
& ita tenet Sanchez tom. 2. in decalog.  
16. a. n. 1. quia hoc expresse dictum est  
in S. Sed & hoc presenti. Authent. de Sanctis Episcopis, ex qua desumpta est au-  
tent. Nisi rogati C. ad S. C. Trebellian.  
prout etiam habetur c. In presentia. 8. de  
Probat ubi dicitur, evanescere fidicommis-  
sum, seu substitutionem, & hereditatem  
applicari monasterio, si rogatus restituere  
totam hereditatem, si sine liberis decebat,  
ingressus religionem decebat sine liberis.  
Authentica vero, nisi rogati, sic habet: Ni-  
si rogati restituere datum dotis causa, vel pro-  
pter nuptias donationis, vel relictum sub  
conditione nuppiarum, vel liberorum, mo-  
nasterium, vel alium locum venerabilem  
ingrediatur: sive restitutio, aut substitutio  
fiat sub predictis conditionibus, sive in re-  
demptionem captivorum, seu in egenum  
alimenta.
2249. Authentica vero altera, ex qua desum-  
pta est prior, in codice meo habetur cit.  
loc. c. 37. & sic habet: Si quis sub conditione  
nuppiarum, sive liberorum, sive dotis causa,  
sive antenupialis donationis donaverit, sive  
reliquerit suis liberis, sive aliis cuiuscunque per-  
sonae hereditatem, sive legatum, aut ab ini-  
tio pure relinquens eis, oneret eos substitu-  
tione, aut restituzione, aut sub una predi-  
ctarum conditionum reliquerit, vel dona-  
verit, substitutiones vero, vel restitui-  
tiones eis fecerit, adjectis conditionibus qui-  
buscunque ex iis, que superius enumerata  
sunt, sancimus, si persona talibus condicio-  
nibus subjecta, sive masculi, sive feminina.  
Monasteria ingrediantur, aut Clerici, aut  
diaconissa, aut ascetria fiant, tales condicio-  
nes invalidas, & pro non scriptis esse.
2250. Ex hac tam clara juris dispositione satis  
videtur probata responsio nostra in n.  
2248. & quamvis aliqui (inter quos est Al-  
ciatus & Rebellus citati à Sanchez dict. n.  
1.) velint, hanc juris dispositionem (qua  
ipsi videtur nimis exorbitans) procede-  
re solum in foro fori, non autem poli, &  
conscientia; merito tamen rejicitur haec il-  
lorum opinio; cum eadem juris disposi-  
tio recepta etiam sit in foro Ecclesiastico,

quod utique nihil approbat contrarium  
foro Conscientiae. Quarè hoc in utroque  
foro tenendum est, quād diu non con-  
stat de contraria mente Testatoris, quan-  
tumvis utriusque juris dispositione innita  
præsumptio, qua jus præsumit in fa-  
vorem Religionis, quod Testator æquè  
cum filiis gravati dilexerit monasterium,  
& consequenter in casu, quo instituti ca-  
rent liberis, (quia Religionem professi  
sunt,) conditionem appositam (*si dece-  
serit sine liberis*) voluerit habere pro non  
scripta; pro qua sententia cum, & apud  
Sanchez cit. n. 8. stant complures utrius-  
que Juris Doctores & Theologi.

Illud tamen notandum, tametsi, ut di- 2251  
ctum est, complures sint, qui hanc sen-  
tentiam, juxta decisionem authenticæ cit.  
tueantur, in ratione tamen ejus tradenda  
non omnes convenire; nam aliqui volunt,  
eam dispositionem procedere ex eis, quia  
tunc monasterium habetur *loco filii*, seu li-  
berorum, fundantes se in verbis c. in pra-  
fensiæ ibi intelligentum non erat sine here-  
de decadere, quia monasterium sibi heredem  
instituit; sed hoc dicere non potest; quia in  
textu non dicitur: monasterium *haberet* loco  
*fili*, sed loco *heredis*; unde negandum  
est, quod illis verbis à parte, non à Pon-  
tifice, allegatis, decisio in dict. c. innita-  
tur; alijs enim non posset jure dici, eam  
conditionem, si sine liberis dececerit,  
haberi pro non scripta, cui tamen utrum-  
que jus innitur; deinde, si gravatus sub  
ea conditione profiteretur in religione, &  
monasterium haberetur *loco filii*, exclude-  
retrur causa pia, quæ illi fuisset substituta,  
prout non minus, quād si talis haberet si-  
lium verum; at hoc est contra expressum  
jus in cit. Authent. si quis, ibi: si tamen in  
redemptionem captivorum, aut egenum  
alimenta sub predictis conditionibus subsi-  
tutio, aut restitutio fiat, ex nullo memorato-  
rum modo eam excludi permittimus.

Ex dict. coll. quoties substitutus exclu- 2252  
ditur per monasterium, ipsum in perpetu-  
um excludi, ut constat ex cit. Auth. de SS.  
Episcopis, S. Sed & hoc presenti, ibi: mi-  
spectus, a se non esset. Colliges 2. quamvis  
sententia corum, qui docent in dato casu  
Substitutum excludi, quando religionem  
ingreditur, licet moraliter, vel etiam ex-  
pressè constet Testatoris voluntatem, ad-  
jicientis eam conditionem (*si absque liberis  
dececerit*) esse, ut substitutus per mona-  
sterium

sterium non excludatur, adhuc excludi substitutum in perpetuum, satis gravibus fundamentis nitatur, & à plurimis sustinatur apud Sanchez cit. n. 11. contrarium tamen probabilius esse, quia tali casu cesat præsumptio de voluntate Testatoris; quod in hoc casu eam voluerit habere pro non scripta.

**2253** Colliges 3. cùm dicimus substitutum in perpetuum excludi, quando gravatus monasterium cum effectu ingreditur, intelligi debere de monasterio *successionis capaci*. Unde, si taliter gravatus ingredetur monasterium incapax successionis; probabilius est, statim à die professionis ea bona pertinere ad substitutum; non autem ad alias pias causas, vel hæredes profundi, quam diu hic naturaliter vivit, cùm de voluntate Testatoris constet, quod substitutum instituti hæreditibus prætulerit.

**2254** Si quæras, quid dicendum in casu, quo taliter gravatus emitteret vota simplicia in Soc. IESU? R. Satis probabiliter dici substitutum perpetuò excludi, si gravatus renuntiavit bonis suis in favorem societatis. Nam, ut fideicommissum in dato casu expiret, & gravamen cesset, sufficit, quod gravatus verè Religionem ingreditur, seu Religiosus fiat, & Religio successioni hæreditariæ capax sit, hoc autem totum eveniret in isto casu, ut constat ex dictis, ergo; & ita tenet Sanchez cit. à n. 20.

**2255** Præter dicta ulterius quæri potest, an hæres *suis*, universalis fideicommissio gravatus, deducere possit legitimam simul, & Trebellianicam: ante resolutionem nota, quod hæres universalis fideicommissio gravatus hæreditatem alteri restituere, ex illis bonis possit, quæ restitutioni obnoxia sunt, detrahere, & sibi reservare quartam partem, quam Juristæ vocant Trebellianicam à J.C. Trebelliano, à quod id adjunctum est, ut hæredes instituti, sed ejusmodi fideicommissio gravati, libentius adirent hæreditatem, & Testatorum voluntas ultima securius effectum fortiretur. Hoc in primis constat ex c. Raynulphus b. t. deinde etiam ex §. sed quia stipulationes, & §. hoc autem interest. Institut. de Fideicommiss. hæredit. his premissis, non est dubium, gravatum posse deducere Trebellianicam loco legitima; difficultas autem est, an possit utrumque?

**2256** In hac questione extant duo Canones  
Tom. III.

h. t. & primus habetur c. Raynulphus 16. ubi dicitur: In bonis Patris, Matris & Aviæ habet quis debitum jure naturæ, in qua gravari nequit; & filius rogatus de restituenda hæreditate sub conditione, detrahit debitum jure naturæ, & Trebellianicam, in qua computantur fructus post litis contestationem percepti. Etc. Raynaldus 18. eod. ibi: Filius rogatus restituere hæreditatem, detrahit terziam jure naturæ, & quartam Trebellianicam, in quibus potest legata relinquere, hæredes instituere, & pænam imponere. Sed his non obstantibus in diversas opiniones discedunt Authores, nihilominus dicendum videtur, probabilius esse, filium universalis fideicommissio gravatum, præter legitimam, etiam attento utroq. jure, licet ex hæreditate gravata deducere Trebellianicam.

Quod taliter gravatus licet deducat le. 2257

gitimam constat ex L. Papinianus. §. quoniam. & §. quarta. Item L. cùm queritur. L. parentibus ff. de inosciens. Test. & §. ultimo Institut. cod. Quoad secundam verò partem patet ex c. Raynulphus & c. Raynaldus de testam. hoc juris civilis interpres procedere volunt, quando hæres fiduciarius gravatur sub hac conditione, si sine liberis decesserit; non autem, si pure. Verum decisio Papæ in cit. c. fundatur in eo, quod quilibet, etiam extraneus, deducere possit Trebellianicam, & quod legitima gravari non potuerit: at hoc procedit, sive gravatus sit conditione, sive pure; ergo utroque casu (spectato jure Canonico) post detractam legitimam deducit insuper licet quartam Trebellianicam.

Unde hoc non obstante dicendum ulte- 2258  
rius, idem in utroque casu fieri etiam de jure civili; Sic Fachinæus lib. 3. controvers. c. 2. Ratio est, quia quilibet hæres gravatus, ut hæreditatem alteri restituat, ex hæreditate restitutioni obnoxia licet deducit quartam Trebellianicam; §. Sed quia, Institut. de fideicommiss. hæredit. ubi hoc conceditur, ne hæres alioquin ob nullum, vel modicum lucrum recusat adire hæreditatem (habetur etiam §. nihil autem Institut. cod.) sed illud solum est hæreditas restitutioni obnoxia, quod superest detracta legitimam (ut dicitur Novella de restitut. §. quam ob rem) ergo ex eo, quod superest detracta legitimam, licet deducitur quarta Trebellianica, idque de jure civili (Con-

firm.

Uuu

## §22 Tract. in Lib. III. Decretal. Quæstio XXVI.

firm, quia filius sic gravatus per institutio-  
nem non privatur jure proprio; sed jure  
proprio potest deducere legitimam, & jure  
institutionis, Trebellianicam; ergo.

2259 Hinc negandum est 1. *legitimam* com-  
putari pro *Trebellianica*; nam in hanc ea  
solum computantur, qua hæres habet *so-  
lo jure institutionis*: non ea, quæ habet *jure  
filii*, hinc L. *Pater familiæ*. ff. ad L. *Falcidiam* dicitur: *filiam Falcidiam jure quidem  
hereditario; donem autem, jure proprio ha-  
bituram*. Negandum est 2. recte conclu-  
di: in aliis, ubi quarta conceditur, unus  
adepto, excludit alterum; ergo etiam hic,  
nam illud est juris antiqui, circa quod ho-  
die nihil immutatum est: circa nostrum  
autem casum, jure novo aliquid immuta-  
tum est, nempe, ut legitima non veniat in  
hæreditate restitutioni obnoxia. Negandum  
est 3. in jure cit. haberis, filium qui  
deduxit legitimam, cœteras partes hæreditatis  
integras restituere debere fideicom-  
missario, ut falso allegatur ab Hotoman-  
no nobis contrario 2. esto haberetur, in-  
telligi potest, reddendas esse, juxta dispo-  
sitionem legis, Trebellianicam con-  
cedentis.

2260 Negandum est 4. duas causas lucrativas  
non posse convenire in eundem homi-  
nem *ex diverso jure*, ut patet ex n. præce-  
dente. Deinde hic non petitur, nec de-  
betur idem, *bis*. Nam legitima habetur  
pro excepta ab hæreditate tradenda; Se-  
mel ergo debetur *legitima jure proprio*; Se-  
mel *quarta Trebellianica, jure institutionis*.  
Negandum est 5. Sic testatori auferri facul-  
tatem testandi concessam lege 12. Tabu-  
lartum; Quia licet hæres gravatus possit  
deducere legitimam, & quartam, adhuc  
manet, quòd testator possit alteri relinquere  
re octo uncias, seu bestem, sed juxta legis  
dispositionem, scilicet, ut quarta pars in-  
de computetur in Trebellianicam.

## ARTICULUS X.

*De legatis, & fideicommissis particularibus.*

2261 Quid sit *legatum*, & *fideicommissum par-*  
*ticulare*: constat a. n. 2033. ubi et-  
iam a. n. 2036. exposuit, *legatorum*  
multiplicitatem, ac singulorum definitio-  
nem. Ceterum, *legatum* acceptum non  
pro re legata, sed actu legandi est dona-  
tio quadam à defuncto reliqua, & ab hæ-  
rede præstanta; quamvis jure hodierno

non tantum in testamento, sed etiam in  
codicillis relinquere possit, & præstari non  
tantum ab hærede, sed etiam à legatario,  
& hæredis hærede, imò etiam à Testatore,  
à fideicommisso particulari non differt  
quoad rem, & effectum, sed solum quo-  
ad verborum formam, quod in hoc verba  
dirigantur ad *legatarium*, & sic res ei reli-  
cta dicatur *legatum*, in isto autem, ad ipsum  
heredem, quo casu erit fideicommissum  
particulare, his præmissis:

Dubitari potest 1. an res aliena legari  
possit, quæ scilicet spectet ad omnino ex-  
traneum, qui nec hæres sit, nec Legata-  
rius? affirmativa habetur in §. *non solum*.  
*Inst. de Legat. & L. cum rem alienam ad C.  
cod. &c. Si Episcopus. 12. q. 5. ibi: Si Episco-  
pus condito testamento aliquid de Ecclesiastici  
juris proprietate legaverit, aliter non vale-  
bit, nisi tantundem de juris propriis facultate  
suppleverit. Sed hoc non procedit, si Te-  
stator ignoravit, esse alienam, ut habe-  
tur cit. §. *non solum*: excipe nisi legasset per  
sonæ conjunctæ v. g. uxori; quia in hoc  
casu præsumptio, quod non legasset extra-  
neum, si scivisset alienam, eliditur per aliam  
præsumptionem, quod adhuc legaturus  
fuisse, esto scivisset alienam, ex L. *cum rem*.  
10. C. *de legatis*. Ceterum, si Testator  
scivit, esse alienam, valet legatum, & co-  
casu hæres gravatus manet, vel rem lega-  
tam à Domino comparatam pretio, vel  
ejus estimationem legatario præstare ex  
codem §. *non solum*.*

Dices, contrarium haberi in L. *Filia 5.* 2262  
b. t. ubi Gregorius IX. ait, querelam ad se  
delatam à Florillo, quod quondam Pater  
suis aliqua Ecclesia (causa sepulturae in  
ea) juris alieni reliquerit, & quamvis lege  
seculi hoc habeant, quod hæres ad solven-  
dum cogatur, si Auctor ejus rem legaverit  
alienam, quia tamen lege DEI, non autem  
lege hujus seculi, vivimus, valde mihi vide-  
tur injustum, ut res tibi legata, qua cupi-  
dam Ecclesia esse prohibentur, a reteneantur,  
qui aliena restituere debuisti; sic ille scribens  
Episcopo Ecclesia, quæ tale legatum tene-  
bat, ad hoc respondetur juxta plurium ex-  
positionem, quando in hoc textu repro-  
batur *legatum res aliena*, nihil absoluere  
mutari circa legatum rei alienæ sed esse, ca-  
sum speciale, quod Testator *rem uniuersum*  
*Ecclesia legaverit altera Ecclesia*, se pultura  
causa, *sili modica hæreditate*. & ex quo  
parisi.